




00

kt

P. c. 132

vgl an Id 2087

Theol.

IV. C. 3.

DE
LINGVA DEORVM AT-
QVE HOMINVM HOMERO
CELEBRATA

DISSERERE PERGIT

ET EX LEGE

SERENISSIMAE FAMILIAE

SCHOENAICHIANAE

FRIDERICIANI CONDITI MEMORIAM

ORATIONE SOLEMNI

D. XII. IVLII HORA X. MATVTINA

RENOVATVRVS

CELEBERRIMO ATQVE DOCTISSIMO

WESTERMANN

VENERABILI ACADEMIAE SENIORI

SCHOLAE CVRATORI IMMORTALITER

MERITO

PRO SPLENDIDISSIMA SVA BIBLIOTHECA

HVIC LYCEO DONATA

DEBITAS GRATES LVENS MERITOQVE PERSOLVET

ERN. AVG. SCHVLZE.

FRIDERICIANI RECTOR.

FRANCOFVRTI AD VIADRYM,

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

LINGVA DEORVM AT
OVE HOMINVM HOMERO
CHERATA

DISCERE ERGIT
ET EX LEGE
SERENISSIMAE FAMILIAE
SCHONHALDIAE
HOMINVM CONDITI MEMORIA
ORATIONE SOLEMNI

ANNO DOMINI
REINSTATVS
CATHOLICVS ATQVE DOCTISSIMO
WESERMANNO
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA

STEFAN BIBLIOTHECA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA

HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA
HOMINVM CONDITI MEMORIA





§. XI.

yrina Amazonum regina fuisse fertur. Et huius nominis origo, atque significatio propterea non cum aliis ex lingua Græcorum, sed ex lingua Scytharum eruenda est. Apud Scythas, et Celtas *Mar*, *Mær*, (a) *Mærch* (b) *Meiær* *Meirion* (c) denotat puellam, virginem, idem igitur quod Amazonum nomen (d) Tres Auriniæ, septentrionalium Parcæ, passim *Mairæ* appellantur. (e) *Pausaniæ* (f) Maia Atlantis filia *Mæpa*, et *Statio* (g) Sacerdos Aegæ Veneris *Mæra* vocatur. Maia idem est quod Islandorum *Mey* puella, in plurali *Meyar*, Suecis *Moea*, et *Mey*, Anglis *Maid*, Germanis quondam *Magædi*, vnde nostrum *Magd*, *Magthum*, *virginitas*, *flos*, *Mag*, *Maga*, *Magus*, *filius*. Omnium horum vocabulorum radix, atque primitiua significatio illa esse videtur, quam et vox *Mey* inter Germanos obtinet, *flos* scil. atque *germen*, quo nomine Helvetii adhuc quoslibet flores appellare solent.

§. XII.

Iam Troia igitur tale ostentabat monumentum, qualia passim in septentrionalibus oris, et in nostris terris reperiuntur. Immanes istæ faxeæ moles nobis in memoriâ reuocant fabulas Græcorum de

C 2

bellis

(a) Vid. *Wormius* in *Lexico Runico*, vt et in *Literatura Runica* in *Iudice* vocum, quas ex *Epicedio Regneri Lodbrogi* collegit p. 146.

(b) Vid. *Wachternis* in *Glossario Teutonico*, hinc et recte auctor iste deducit *Ius Marchetæ*, alias *Ius Cunnagii* dictum.

(c) Vid. *Sheringhamius* de *Anglorum gentis origine* p. 110. vbi vocabula quædam Romanorum obsoleta linguae Cambro-Britannicæ conformia exhibet. Romanis quondam *Miriones*, personæ inuenuitæ.

(d) Nomen egregie explicuit *Keyserus* in *Antiq. Septentr.* p. 460.

(e) Vid. illust. a *Westphalen* in *Monument. Cimbr.* T. IV. Præf. p. 224. *Mairarum* mentio passim etiam occurrit in lapidibus, de quibus *Keyserus* in *L.* cit. p. 394.

(f) In *Arcadicis* C. 12.

(g) *Theb. L.* VIII. v. 477.

bellis, quæ Titanes Diis intulisse, de lapidibus, quos illi simul mouisse feruntur. *Ovidius Metam. L. I. 151.*

*Adfectasse ferunt regnum coeleste Gigantes,
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, et excussit subiecto Pelio Ossam,
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent.*

Celeberr. Leibnitijs, magnus ille Polyhistor semper in ea sententia fuit, per Titanum bella cum Diis indicari Scytharum, vel Celtarum irruptiones in Asiam, et Græciam, iis subiectam regibus, qui deinceps inter Deos relati sunt. An non vero potius bella hæc inde conficta dixerimus, quoniam illi, qui nomine Titanum veniebant, Græcorum Deos, omnemque eorum religionem spernebant, eorum templa exspoliabant, adeoque ipsis Diis bella inferebant? Eundem in modum Cicero de Gallis (h) *An vero istas nationes religione iurisiurandi, ac metu Deorum immortalium in testimoniis dicendis commoueri arbitramini? quæ tantum a cæterarum gentium more, ac natura dissentiant, quod cæteræ pro religionibus suis bella suscipiant, istæ contra omnium religiones. Illæ in bellis gerendis a Diis immortalibus pacem, ac veniam petunt, istæ cum ipsis Diis immortalibus bella gesserunt. Hæ sunt nationes, quæ quondam tam longe ab suis sedibus, Delphos usque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum, ac spoliandam profectæ sunt. Ab iisdem gentibus sanctis, et in testimonio religiosi obsessum Capitolium est, atque ille Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. Gigantes regnum coeleste adfectantes Pelio Ossam, petras petris imponebant, at mox simul mole sua contumulabantur; Iupiter enim iam in eos iracunda sua fulmina vibrabat. Et quis non faxeas illas moles petras petris impositas dixerit? Semper posteritas effosis mirabitur ossa sepulcris. Scythicæ gentes sepeliendis sua cuique arma adicere solebant, inter hæc arma sæpius mallei lapidei reperiuntur, qui fulminum formam referunt, quos propterea vulgus adhuc fulmina (*Donnerkeulen*) vocare solet. En igitur montes montibus im-*

posi-

(h) In Oratione pro Fontejo.

positos, quibus Gigantes regnum cœleste adfectasse dicuntur! En corpora dira, quæ obruta sua mole ibi iacent! En fulmina Iouis adhuc ibi reperiunda!

§ XIII.

Tertium vocabulum, quod nobis ex lingua hominum adfert Homerus, est κυμινδης, nomen auis cuiusdam; at qualis hæc auis fuerit, nondum nobis satis certo constat. Ad quartum igitur huius linguæ spoliū pergamus. Fluvium, Diis Xanthum dictum, homines ipsi Scamandrum nominabant; ejusdem nominis inter Troianos vir quidam celeberrimus fuit, Hectoris filius, Astyanax etiam appellatus, de quo Homerus II. ε 401.

Ἑκτοριδὴν ἀγαπητὸν, ἀλγικίον ἀστὲρ καλῶ
Τὸν δ' Ἑκτῶρ καλεῖσθαι Σκαμανδρίον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Ἀστυανακτὰ, οἷος γὰρ ἔρνετο Ἴλιον Ἑκτῶρ
Hectoridem dilectum, similem stellæ pulchræ
Hunc Hector nominabat Scamandrium, cæterum alii
Astyanacta, solus enim tutabatur Ilium Hector.

II. X. 506.

Ἀστυναξ, ὃν Τρῶες ἐπικλησὶν καλεῖσιν
Astyanax, quem Troiani cognomine vocant.

Hectoridem huncce viris Troianis Astyanacta, mulieribus vero Scamandrium nuncupatum esse, ex Homero colligit Plato (i) Ex lingua Scytharum talem huic nomini dare possumus significationem, quæ simul huc collineat. Madur ibi vir, aut maritus. Skas femina, puella. Vox Islandis adhuc usitata est, at in viliores abiit usum, (k) cui fato plura sexus sequioris nomina succubuerunt. Skarmadur, Skamadur, aut Scamander foret vir virginibus ob suam præstantiam acceptissimus. Homerus eum pulchræ stellæ adsimilat. Nomen etiam optime convenit fluviō, quem Homerus viro similem appellat. In hoc fluviō, virgines viris nupturæ se antea abluere solebant, addita solemnī formulā,

C 3

la,

(i) In Cratylo p. 270.

(k) Vid. Hickefius in Dictionario Islandico T. I. Thesauri linguarum septentrionalium.

la, qua suam virginitatem huic fluuio offerebant. *Λαβε με Σκαμανδρε την παρθενιαν. Accipe Scamander virginitatem meam.* Fortunatam occasionem inde arripiebat Cimon quidam, de quo *Aeschines*, historiam, atque locum iam exposuit *Lakemacherus* in *Obseru. cit.*

§. XIV.

Vtriusque dialecti quaedam vocabula ex aliis auctoribus simul huc attulit *Postellus* (l) *Plato* (m) versiculos ab Homericis acceptos profert, vbi amor ex lingua hominum *Ἔρως* ex lingua Deorum vero *Πτερός* vocatur

Τον δ' ἦτοι Θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνὸν
Ἀθανάτοι δὲ Πτερωτά, διὰ πτεροφοίτον ἀναγκήν

Hunc quidem mortales Ἔρωτα (amorem) vocant volatilem

Immortales autem πτερωτά, (alatum) propter volandi necessitatem.

Harpocratio (n) ex *Sannyrione* vetere Comico genus aliquod placentarum, Diis offerendum, illis *Πελαγον*, hominibus *Alphita* nominari tradit. Nomen, quo ex lingua Deorum *Pherecydes* altare insigniuisse fertur, et quæ ad hunc locum obseruauit *Doctiss.* *Heimius* iam §. II. annotauimus. *Ouidius Metam.* L. II. v. 638. de seruo quodam *Morphei*

At alter

Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens

Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus

Nominat.

§. XV.

Locis adductis alius adhuc addendus est *Viris doctiss.* nondum ad hanc materiam citatus, quem *Proclus* in *Timæum* L. III. p. 154. adfert, atque *Orpheo* adsignat:

Μησατο δ' ἄλλην γαίαν ἀπειράτον, ἣν τε Σελήνην
Ἀθανάτοι κληῖσιν, ἐπιχθόνιοι δὲ τε Μηνήν
Ἡ πολλ' ἔρε ἔχει, πολλ' ἄστρα, πολλὰ μελαθρα

Mo-

(l) In libro iam cit. cui titulus est *Die listige Iuno* p. 394.

(m) In *Phaedro* p. 1225.

(n) In *Lexico* ad vocem *Πελαγος*.

*Molitus est et aliam terram infinitam, quam Setenen
Immortales vocant, homines vero Menen,*

Quæ multos montes habet, multas urbes, multa palatia.

Eadem repetit L. IV. p. 283. Versiculi isti, quamvis non ad *Orphei* tempora accedant, omnino tamen antiquam ferunt ætatem. *Σελήνην* multi etiam, notante *Platone* in *Cratylō*, *Σελαναιαν* vocabant. *Σελαιεννοοαιαν* nominandam esse censet auctor iste: *ὅτι δὲ σελας νεον τε καὶ ἐννον ἔχει αἰς*, Quoniam lumen novum, ac vetus semper habet. At unde *Μηνή*, vel tuum *Meis* optime *Plato*? Ana *μεισθαι*, id est minuen-
do? Nequaquam. Ex lingua Hebræorum, a communi linguarum matre origo vocis repetenda est. Ipsum nomen omnibus Scytharum gentibus vſitatissimum. Nobis *Luna Mond*, vulgo *Mohn*, *Mahn*, Francis, et Anglo-Saxonibus *Mano*, Gothis *Mena*, Belgis *Maen* (o). En Græcorum *Μηνή*!

§. XVI.

Græcos multa vocabula a Barbaris accepisse, locupletissimum testem habemus *Platonem* in *Cratylō*, vbi vocabula *πυρ*, *ὕδωρ*, et *κυων* Phrygibus accepta refert. Nomen *πυρ* est nostrum *Feur*, *Für*, Belgis *Vuyr* et *Vier*, Anglis *Fire*, Persis *Furus* (p). A voce *ὕδωρ* fluuius *Oderæ*, vulgo *Ader*, *Ptolemæo* *Ἰαδός*, alias *Viadrus* dictus appellationem suam traxisse videtur. *Κυων* nobis *Hund*, antiquis *Hundz*, aut *Hunn*. Vocis radicem cum *Rudbeckio* (q) eandem dixerimus, quæ adhuc inter septentrionales vſu suo valet, *Hinna*, celeriter persequi. Nomen et aliis animantibus pedum velocitate præstantibus tributum est, uti *B. Lutherus* vocem *חִינָה* inscriptionis Ps. XXII. per *Hindin* vertit. Caninum hocce nomen non semper tam abiectæ, atque contemptæ significationis erat, eodem, ceu titulo quodam, insigniebantur venatores, equites, nautæ celeritate insigniores, vt et Regum amici, corporumque custodes, ob suam scil. vigilantiam, atque sagacitatem (r).
Hinc

(o) Vid. *Schilterus*, et *Wachterus* in Glossariis.

(p) Cum hoc convenit Tuscorum *Verse Ignis*, quam vocem Summe Reuerendo, atque Doctissimo *Süsmileb* debemus, qui pro singulari Sua beneuolentia manuscripta sua collectanea etymologica nobis non solum inspicienda, sed et in vſus nostros conuertenda dedit.

(q) In *Aslanr.* T. II. p. 533.

(r) Vid. *Rudbeckius* L. cit. In Sacris literis Prophetæ canum symbolo, at-

Hinc Hunnorum appellatio; Hunni enim primitus, ad paludem Mæotidem degentes, quod memorat *Iornandes* (s) rei venaticæ studiosissimi erant, vnde et tria capita canina gentis insignia, hinc illa fabula de origine Hunnorum ex concubitu spirituum immundorum cum Aliorunis (feminis fatidicis) a Filimere, Gothorum Rege, exercitu fugatis, de quo *Iornandes* l. c. Spiritus immundos, atque siluestres sibi gentes istæ Cynocephalos fingere solebant, quales Longobardi, ad terrorem hostibus incutiendum, secum ducere, præ se ferre solebant (t). Nomen Hunnorum et aliam dedit fabulam, quam mox commemorat *Iornandes*. Cum scilicet venatores isti fraudibus, et rapinis vicinas gentes vexantes in vltiori Mæotidis ripa venationes inquirerent; ex improvviso cerua illis seofferebat, paludemque ingressa, mox progrediens, mox subsistens se viæ indicem dabat, eandem secuti venatores, paludem, quam imperuiam huc vsque existimauerant, pedibus transiere. At vbi Scythica terra adparuit, cerua disparuit. Iam Cerua (*Hünin*, aut *Hündin*) Hunnis dux, atque comes facta est, ducem hanc nobilem aliquam Hunnam fuisse potius dixerimus. At iam finis imponendus est huic opellæ, si non ingrata erit lectoribus, nobis gratissima erit.

Natalis hujus Scholæ recolendus est. Nostrum, et id nobis iam primum datum esse putauimus, vt Patrono, cujus singulari munificentia splendidissima Bibliotheca, maximum ornamentum ad hanc Scholam accessit, gratias agamus, atque pro ejus salute publica nuncupemus vota, vt collati beneficii magnitudo eo magis eluceat, pauca quædam de usu, quem Bibliothecæ in primis Scholis præstant, differemus. Ad quam gratiarum actionem beneuole audiendam Magnificum Academiae Rectorem, Illustrissimos Comites, Virum Illustrum, atque Generosissimum a Lith, Regis a Consiliis Sanctorum, Optimum Fautorem, vt et Grauiissimos, atque Spectatissimos huius Lycei Curatores pie colendos, et quotquot in hac vrbe Musis nostris bene cupiunt, singulos eo, quo decet honoris cultu inuitamus. Seribeb. Francof. ad Viadrum d. X. Iul. MDCCLV.

que nomine veniunt Ies. LVI. IO. II. ad quem locum videndus est Doctiss. Iob. Georg. Michaelis in *Obseruat. Sacris Exercit.* IV. Vt et Doctiss. Paul Ern. Jablonski *Literarum Copticarum Stator* in *Epist.* ad eundem, *Obseruationibus* hisce præmissa.

(s) De Rebus Geriis c. XXIV.

(t) Vid. *Warnefridus de Gestis Longobardorum* L. I. c. II.



155556

AB 155 556

X2613390


ULB Halle
008 342 946

3



R

22a



B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

DE
A DEORVM AT-
MINVM HOMERO
ELEBRATA
INCIPIT PRAEFATVRQVE
A T I O N I
NII HORA X. MATVTINA
H A B E N D A E
Q V A
ILLVD SERVATORIS
VS QVOD TO TPOE LONGINI
OMERI LONGE SVPERAT,
CELEBRANDVM SVMSIT.
S SCHOLAE REGIAE FRIDERICIANAE
AVSPICATVRVS
A V G. S C H V L Z E.
NCOFVRTI AD VIADRVN,
CHRISTIANI WINTERI, ACAD. REG. TYPOGR.

